

REGNUM MORTUORUM.

Nro. 77.

*Secretum litterarum Commertium inter Vivos  
et vita functos;*

Progressio in artibus, et ipsis inventionibus  
humano generi ubera media suggerit id  
restringendi, et innocuum efficiendi, cui  
extirpando natura ipsa impar erat.

*Herder.*

Officialis quidam militaris, cuidam majorum  
suorum in Elysio.

Ex mundo superiore.

*Elysium-Merum, Die Veneris 26. Octob. 1810 (Nov. 9. Oct. 1810.)*

Petis a me venerande Atave! descriptio-  
nem hodiernae bellorum rationis, causaeque  
curiosus es, ob quam hodie adeo velociter  
ill' finis imponatur. Desiderio huius votoque  
tuo parat' sa is facere lubet. — Deprensus  
homines bellum per saecula crudum praedo-  
num opusum erat. — Diu homines eo oc-  
cupabantur, pleni ferocium animi affectuum,  
quippe quamdiu in eo de per onali robore,  
dolo, & calliditate agebatur, non poterant  
non laudabiles juxta dotes, perniciosi quo-  
que cadendi & praedendi habitus ad foviri-  
que; quemadmodum vetere & medio ayo  
praemia ubertim & luculente probavere. —

Hoc fatale opificium vero, hominibus quasi invisitæ Tacticæ, seu bellandi artis, inveniendæ medium fuit. Auctores enim non perspexere, hoc ipso belli ipsius basim subverti. Quanto magis pugna ingeniosa ars fuerat, quo pluribus ea specialibus inventionibus mechanicis locupletata est, tanto minus singularium personarum affectus, earumque ferum robur usui fuerat. —

Præco ævo omnes propemodum belli eosi populi continuo armis discendi erant. Argumento nobis sunt non Asiæ modo nationes, sed ipsi Græci fortesque Romani. Plurimum decursu sæculorum hi indeciviter aræ immorati sunt, Volscorum bellum 106, Samniticum 81 anno duraverat; 10 annis Veji, seu altera Troje, oppugnati, & quis in Græcorum Historia tam hospes, quem 28 annis gestum bellum Peloponnesiacum lateret? — Cum jam in cunctis bellis mors minimum malum sit, contra: devastaciones & morbi, qui proficiscentem exercitum comitantur, aut obsidione cinctam urbem premunt, cum reliquis prædatoriis perturbationibus, quæ postmodum in omnibus opificiis statibusque vitæ vigere, majus malum sint, quod bellum cum animi æstio gestum comitatur; tum Græcis & Romanis, cum primis nitrati pulveris & rei tormentariæ inventoribus grates habendæ sunt, ab iis fœdissimum opificiorum ad dignitatem artis elevatum esse. Ex quo tempore principes ipsi cum copiis ad bellum proficiscuntur, decennibus ab op-

pagnationibus aut 70 annorum bello tuti sumus. Quapropter concludere licet, secundum inalterabilem naturæ legem, ipsum malum aliquod bonum generasse, dum Tactica bellum ipsum certa sui parte exterminaret.

— Præcocinia fera & depopulationes per eam quoque, tam honoris Bellicorum gratia, quam amoris in humanitatem ex respectu, imputa sunt. Jus belli & agendi cum bello captis ratio incomparabiliter mitior, quam sub ipsis Græcis fuerit. — Publica quoque securitas hodierno tempore in bello custoditur, privatis bonis parcitur, quo in exercitiis perturbationes evitantur, atque ipsum hoc est, quod ad celerem belli conclusionem confert,

Hæc venerande atave! desiderio votisque tuis satisficient. Hodie, præter maritimum, bellum in australi & ortiva duntaxat orbis nostri parte viget, & in hac quoque jam vergit, Ecce! lego in novellis sequentia:

*Ex Hispano limite de 24. Sept.*

In arduis, quod negari nequit, alternantibus adjunctis, in quibus Angli in Portugallia versantur, hanc videlicet provinciam deserendam, aut desperatorum more pugnandum sibi esse, primam, utpote optimam partem, elegerunt; nempe secundum novissima nuncia, in pleno Ubissonem versus recepta constituuntur, & tunc — in lignea — subito & confestim — sua munimenta.

*Londino (24. Sept.)* Hujusmodi paginae sequ. Decretum Dublino de 6 h. editam promulgant. „Unanimo voto conclusum est: quod

cum per moesti decennii decursum, quod  
 ex tempore perniciosæ Legis Unionis occu-  
 ptationis præterit, intellexerimus, ut patria  
 urbs nostra, in qua olim hilaritas, splendor  
 & gustus viguit, vilis, tristisque provincia-  
 lis urbs effecta sit; ædes Magnatum, & No-  
 bilitium nostrorum in Contubernia militaria  
 atque loca diversoria conversa sint, a que-  
 hinc & inde minas minentur; quod injun-  
 ctæ nobis præstationes tam localium quam  
 communium Taxarum ad eum gradum incre-  
 verint, ut populo animis destituto, ad vili-  
 tatem depresso, atque inopiam detruso sup-  
 portabiles non sint, quod, dum leges, qui-  
 bus parandi obligatio nobis incumbit, in re-  
 mota patria feruntur, et in effectum prius  
 vigoremque abeant, auctoritatemque & vim  
 obligandi obtineant, quam eas exatate nobis  
 constat; proin impares simus, debito tem-  
 pore & ante, quam constituti perceptores  
 Taxarum nostris facultatibus ob non factam  
 solutionem earum potiantur, legalem operam  
 querendo; quod experientia veteris & novi  
 temporis documentum præbet, ad inopiam  
 redactum atque male contentum populum in  
 vicem Civitati utilitatem præstandi, fons po-  
 tius imbecillitatis pro ea fiat, nosque mora-  
 liter certi simus, absque revocatione supra  
 memoratæ legis, fieri non posse, ut onera  
 ferantur, quæ necessaria, ut, nostri emolu-  
 menti gratia, & pro honore ter amati Prin-  
 cipis nostri, gravem luctam, cui implicati su-  
 mus, consummemus, quod ex his rationibus;

atque graviore adhuc ex causa, utpote ob Regis nostri salutem, patriæ infelicis nostræ gratia, atque præclaræ consensionis nos inter & Angliam intercedentis nos ratione urgentissima Hybernicum populum oremus, ut in Comitatibus nobilibusque conventus procederet, ad libellum (petitionem) ad Regem concinnandum, in quo Majestas rogatur, ut Parlamentum ad revocationem perniciosæ hujus Legis permoveat, quæ scaturigo nostræ infelicitatis est, quod cum voluptate oculos infelix diei illius suspicium convertamus, quo postliminio propriam legislationem habebimus, quo omnes fideles subditi Regis, ad tutelam angustam personam, diadema, & ditiones circum eum congregati aciem formabunt technis, conatibusque hostium nostrorum in irritum vertendis parem, quod Deputatio a medio nostri ad Representantes nostros DD. Grattan, & R. Schaw concessura sit eos oratura: ad operam, prosperum hujus consilii nostri successum impetrandi conjungendum. — Uterque Curia membrum die 15. h. declaravit: cum voluptate se ad omnia, quæ patriæ salutaria fieri possunt, cooperaturos. (Articulus hic Ephem. nostrarum Nro 83 quidem summam & historice excerptus jam continetur, cum nihilominus hic ipsum *instrumentum* adferat, illud recensere haud supervacaneum existimabamus.)

*M. Ducatus Francofurt.*

*Francofurto die 10. Octob. Caro D. Præses a Matz Serenissimum Principem oravit, ut*

se ob ingravescentem ætatem & valetudinem a munere Præsidis Collegii Electionis prov. Hanav. exsolvat, eum ab officio dimittere eju-que vice D. B. a Winxingerode denotare dignatus est.

Nudius tertius Electio membrorum Statuum Collegii locum habuit.

Heri editum Regiminis Edictum textu sequ. Normam impositæ Colonialibus mercibus præstationis.

In nexu editæ die 28. Sept. h. a. secundum vota Maj. Imp. Gall. & Regis Protect. Rhen. Foed. ex parte M. Ducis Francofurt. Sereniss. Principis, Aquisburgo, medio typo publicati regiminis Edicti, & per alias publicas paginas jam perspectæ Ordinationis, & Tariffæ præstationum, in ditionibus M. Ducalibus a cujuscvis generis consumendis, atque usui adhibitis colonialibus mercibus desumendarum, porro hisce decernitur:

*Art. 1.* Quivis venditor memorata in Tariffa nominatarum mercium, definitam pro eis præstandam summam duntaxat ab eis qui eas in usum convertunt, aut consumunt, desumendam, & eam pretio venditi adjungendam imputandamque habet; cum eæ quæ ulteriori commercio de tinantur vendendæ aut expediendæ ad exterarum oras, prout & reexportativi & permutativi commercii mercibus vigore art. 1. supra laudatæ benignæ ordinationis ab onere præstationis penitus eximantur.

*Art. 2.* Consumentes ii reputandi sunt; qui merces non vendunt amplius, sed aut eas in usum convertunt, aut ipsi consumunt.

*Art. 3.* Tinctores; pistores dulcarii, Pharmacopolæ, Fabricatores Cocoladæ, Caffæ, herbæ Theæ, & Cocoladæ edacillatores, gossipium & lignum Acajou elaborantes æque pro Consumentibus censentur, quæ propter etiam præstationes ab omnibus, quæ a 1. O&ob. usui adhibere, aut lucrosa ratione consumere, quam quæ deinceps in usum conversuri aut lucrative modo consumturi sunt, dependendas habent.

*Art. 4.* Domestici æque ac Exteri, qui contentas Tariffa merces & producta consumentibus vendiderunt, & Consumentibus vendunt, ipsique Consumentes qui requisitas fortassis materias ab exteris adferri curant, ei inhærentem Tariffæ conformem præstationem iis Supremi Imperantis Collegiis, ad quæ ulteriore ordinatione inviati sunt, dependere obligantur.

*Art. 5.* Ne vero per id Clanculario, illicitoque Commercio ex uno loco M. Ducatus in alium occasio detur, idcirco in quovis M. Ducatus loco reciproce ii duntaxat ut quæstores & secundarii venditores habendi sunt, qui se edendis per Magistratum suum, aut localem Præfecturam officiosis testibus litteris legitimant, reliqui vero pure ceu Consumentes reputandi, atque ut tales tractandi.

*Art. 6.* Quævis Art. 1. 2. et 3. notata

personæ eapropter indilate exactam Elenchum  
sue die 1. Oct. habitæ mercium penus pro  
se conficiendam, pari ratione quasvis impor-  
tatas ex. & que coloniales merces solenter  
adnoandas, ut deorum intra 2. mensium pro-  
vizoris defixum terminum, medio *Specificationis*  
penus denominandum Diocasterium Summate  
consumentibus suppeditatarum aut in usum  
conversarum mercium pro. sibi, ut Civibus  
subditisque incumbente, obligatione indicen-  
dam habent.

Serenissimus Princeps benignissima in ven-  
dente fertur fiducia, eos honesti viri officio  
fucturos, nec ulla inadæquata indidatione  
se contaminaturos — in Consumentes vero:  
eos necessariis his præstationibus illicitis sub-  
terfugis neuliquam subducturos, hacque offi-  
ciorum suorum exacta custodia et expletione  
statutas in prævaricatores, violatoresque legis  
manentes poenas declinaturos esse.

*Art. 7.* Dispositio hæc in *capitulis* M. Ducatus  
Francofurtensis dittonibus exacte custodie-  
da, et secundum ejus sensum agenda.

Hanovia die 4. Octob. 1810.

M. Ducale Francof. Ministerium.

Comes a Beust.

Decreto M. Ducis 19. Spis constante de 6. h.  
m. Instructio Collegiorum Electionis seu Provincia-  
lium continetur. Numerus Membrorum horum Col-  
legiorum ad normam populationis exactus pro Distr.  
Francof. inclusa urbe Veziaria ad 50. Distr. Asciburg.  
ad 80. Distr. Fuld. 90. & Hanov. ad 90 defixus est itaq;  
ut ad 1000 Incolas, rotundo ut ajunt, numero unum  
Collegii Elect. Membrum referatur.